



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

& Philippum Nereum. 189

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

stiam mirari : patientiam sui que
despectionem laudare : tum pre-
candi studium , & sui domandi
solertiam : taliaque inter veras
virtutes ducere solebat. Alia in
hominum ore illustria esse ; quæ
Deo non perinde æstimarentur.

187 Ab hac IGNATII luce, et-
iam radii in partem corporis ex-
undarunt ; quos sæpenumero ar-
bitri conspexere. Id quod de Isa-
bella supra narratum voluimus :
quæ eum inter puerulos pro arâ
summa confidentem , radiare vi-
derat. 188 Idem alio tempore
Ioâni Pasquali visum : cuius ma-
ter domicilium IGNATIO præbu-
erat. Loiolæ idem alij viderunt :
cùm illuc ex Gallia regressus , ad
hospitalem domum diuertisset.
189 Romæ deinde Philippus Ne-
reus , auctor Oratorij , magna &
nota sanctitate vir , læpius spe-
ctasse eum se aiebat , fulgenti-
bus

bus radijs, multoq; capitis splendore coruscantem. Quo teste libentius hic utimur, quanto maiorem illum, & sanctiorem scimus: quodque nobis eum familiariter notum habuimus: & à quo denique tantos Roma fructus reportauit. Is verò addictissimum se S. IGNATIO filium gerebat: solitus ad ipsum consilij petendi recurrere: & in aduersis in idem solatia quærere. Quæ ipsi abundè, simul illum intuebatur, suppetebant. Decessit hîc DEI seruus, CIO. IO. XCV. VII. Kal. Iun. coluntque eius memoriam festis gaudijs posteris. 190 At multò illud est memorabilius, quod Alexandro Petronio cõtigit, Medico Romæ celebri, & inter IGNATIUM amicos singulari. Decubebat olim graui valetudine impeditus: inq; cubili, ob valuas obseratas, obscuro. Hunc post quàm inuisit

IGNA-